

4 *Dominica prima Adventus.**Hymnus.*

Creator alme siderum, æterna lux
 credentium, Jesu Redemptor omnium,
 intende votis supplicum. Qui dæmonis ne
 fraudibus periret orbis, impetu amoris
 actus, languidi mundi medela factus es.
 Commune qui mundi nefas ut expiâres,
 ad Crucem è Virginis Sacrarîo intacta
 prodis victima. Cujus potestas gloriæ,
 nomenque cum primùm sonat, et cœlites,
 et inferi tremante curvantur genu. Te de-
 precamur ultimæ magnam die i Judicem,

armis supernæ gratiæ defende nos ab hos-
 tibus. Virtus, honor, laus, gloria Deo
 Patri cum Filio, sancto simul Paraclito,
 in sæculorum sæcula. A- men.

V. Rorate, cœli, desuper et nubes pluant
R. Aperiatur terra et germinet Salva-

Justum.
 to rem.

In secundis Vesperis, ad Magnificat.

Ant. **N**E timeas, Mari a, invenisti enim
 gra-tiam apud Dominum: ecce conci-
 pies, et paries Filium, al-le-luia. 8.
 Magnificat anima mea Dominum. *In fine.*